

# Electronic Manipulus florum Project

www.manipulusflorum.com

## Predicacio ar cum editione moderna

Nequaquam debent homines in etate  
infirmi predicare quia  
sermo doctrine non suppetit nisi in  
perfecta etate.

Hoc autem quod dicitur, quia tricesimo  
anno spiritum prophetiae acceperit,  
indicat nobis aliquid considerandum,  
uidelicet quia iuxta rationis usum  
doctrinae sermo non suppetit nisi in  
aetate perfecta. Vnde et ipse Dominus  
anno duodecimo aetatis suae in medio  
doctorum in templo sedens, non docens,  
sed interrogans uoluit inueniri. Vt enim  
non auderent homines in infirma aetate  
praedicare, ille anno duodecimo aetatis  
suae interrogare homines est dignatus in  
terra, qui per diuinitatem suam semper  
angelos docet in caelo.

Gregorius Magnus, *Homiliae in  
Hiezechielem prophetam*, 1, 2, 3 (CCSL  
142, M. Adriaen, p.18, ll.37-45).

Redemptor noster cum celi sit  
conditor et  
angelorum doctor ante  
tricennale tempus in terra magister  
noluit fieri hominum, ut uidelicet  
precipitatis uim saluberrimi timoris  
infunderet, cum ipse etiam qui labi non  
posset, perfecte uite gratiam non nisi  
perfecta etate predicaret.

Hinc est quod idem  
redemptor noster, cum in caelis sit  
conditor, et ostensione suae potentiae  
semper doctor angelorum, ante  
tricennale tempus in terra magister  
fieri noluit hominum, ut uidelicet  
praecipitatis uim saluberrimi timoris  
infunderet, cum ipse etiam, qui labi non  
posset, perfectae uitae gratiam non nisi  
perfecta aetate praedicaret.

Gregorius in pastoralis et super  
Ezechielem omelia II.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3,  
25 (SC 382, F. Rommel ed., p.436,  
ll.124-130).